Uñ etiam ſm q ad rõnem meriti requirit q ſit voluntariũ. ꝑncipl'r meritũ caritati attribuit. ¶ Sciendum etiã q null⁹ põt ſibi mereri repatõem p⁹ lapſũ. nec merito ꝯdigni. nec merito ꝯgrui. Merito quidẽ ꝯdigni hoc ñ põt ſibi mereri. qꝛ rõ hui⁹ meriti pẽdet ex motõne diuine grẽ. q̃ maxime interrũpit ꝑ ſeq̃ns pctm. Meritũ etiã ꝯgrui q̃ quis meret alteri pñiã impedit ne ꝯſequat effectũ in eo cui q̃s meretur. Multo q̃ magis impedit talis meriti efficacia. ꝓpter impedimentũ qui ẽ etiã in eo qui meret. et in eo cui meret. Utrunqꝫ eñ hoc in vnã ꝑſonam ꝯcurrit. Unde ſimpl'r homo poſt lapſum põt ſibi mereri repatione. Uñ Ezech. xviij. dr. Si auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatẽ: oms iuſticie eius nõ recordabũtur. Ubi Greg. Conſiderãdum nobis ẽ qꝛ in ꝑpetratõne maloꝝ. nulla hꝫ eſſe fiducia bonoꝝ pteritoꝝ. de pe. di. iiij. ¶ Notandũ etiã q homo põt mereri augmentũ grẽ ⁊ caritatis in merito ꝯdigni. ſm tho. di. vbi ſupra. arti. viij. Huius rõ eſt. qꝛ vt dictum eſt. Illud cadit ſub merito ꝯdigni. ad qõ motio diuine grẽ ſe extẽdit. Motio aũt alicuius mouentis. nõſolum ſe extendit ad vltimũ terminũ motus: ſed etiã ad totũ ꝓgreſſum in motu. Terminus aũt motus grẽ eſt vita eterna. Progreſſus aũt in hoc motu eſt ſm augmẽtum caritatis vel grẽ. ſm illud puer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens ꝓcedit. et creſcit vſqꝫ ad ꝑfectum diem q̃ eſt glorie. In quo verbo Greg. ſup Ezech. In iuſtoꝝ animo bonũ deſideriũ atqꝫ intellectus lucis intime. iã ꝑs diei eſt. Sꝫ qꝛ vſqꝫ in finẽ vite in virtute ꝑficiũt ad ꝑfectũ diem. tunc veniũt qñ ad regna celeſtia perducti. in ea luce quã deſiderãt iam minus aliq̃d nõ habebũt. de pe. di. ij. nõ reuertebãt. Et ſciendũ. q quolibet actu meritorio meret homo augmentũ grẽ. ſicut et grẽ ꝯſumatõem. que ẽ vita eterna. Sꝫ ſicut vita eterna nõ ſtatim reddit: ſꝫ ſuo tpe. ita et grã non ſtatim auget ꝑ quodlibet opus meritoriũ: ſꝫ ſuo tpe. cũ. ſ. aliquis ſufficienter diſpoſitus ẽ ad augmẽtũ grẽ. ¶ Item nota q ꝑſeuerãtia in bono vſqꝫ in finẽ nullus põt mereri. Nõ eſt ſm tho. vbi ſup. arti. ix. qꝛ iſta depẽdet ſolũ ex diuina motione que ẽ ꝑncipiũ oĩs meriti. Sꝫ deus gratis donũ ꝑſeuerãtie largit quibuſcũqꝫ largit. Nec obſtat. qꝛ pro ea hñda oramus q̃ſi poſſimus eã mereri. qꝛ etiã que nõ meremur orando impetmus. Nam et pctores deus exaudit. veniã nõ merẽtes quã petunt ⁊ accipiũt. Alioq̃n fruſtra dixiſſet publicanus Deus ꝓpitius eſto mihi pctori. Siĺr et ꝑſeuerantie donũ aliquis petendo a deo ĩpetrat ſibi vel alij. q̃uis non cadat ſub merito.

## ¶ De bonis tempoꝛalib⁹. §. iiij.

Quõ cadãt ſub merito ſic declarat tho. prima ſcđe. q. vlt. arti. vl. Id qõ cadit ſub merito. eſt pmiũ vel merces qõ hꝫ rõnem alic⁹ boni. Bonũ aũt hoĩs eſt duplex. Unũ ſimpl'r. aliud ſm qd. Simpl'r quidẽ bonũ hoĩs ẽ vltimus finis. ſm illõ ps. Mihi adherẽ deo bonũ ẽ. Et ꝑ ꝯñs omĩa illa q̃ ordinãtur vt ducẽtia ad hũc finẽ. et talia ſimpl'r cadũt ſub merito. Bonũ autẽ hoĩs nõ ſimpl'r: ſꝫ ſm quid. ẽ illud qõ ẽ ei bonũ vt nũc. Uel qõ ei ſm aliq̃d eſt bonũ. Et h⁹ nõ cadũt ſub merito ſimpl'r: ſꝫ ſm qd. Scđm q̃ hoc dicendum. q tꝑalia bona ꝓut ſũt vtilia ad opa virtutũ quib⁹ ꝑducimur ad vitã eternã: ſꝫ hoc directe cadũt et ſimpl'r ſub merito. ſicut et augmentũ grẽ. et omnia illa quib⁹ hõ iuuat ad btitudinẽ poſt primã grãm. Tãtum eñ dat deus iuſtis de bonis tꝑalib⁹. et etiã de malis. quãtũ eis expedit ad ꝑueniendũ ad vitã eternã. et intãtũ ſũt ſimpl'r bona h⁹ tꝑalia. Uñ dr in ps. de timẽtib⁹ deũ. Nõ deficiẽt oĩm bono. Et alubi. Nõ vidi iuſtũ derelictũ. Si aũt ꝯſiderent tꝑalia bona ſm ſe. ſic nõ ſũt ſimpl'r bona hoĩs: ſꝫ ſm quid. Et ita ñ ſimpl'r cadũt ſub merito: ſꝫ ſm quid. ſ. inq̃tum hoĩes mouẽtur a deo ad aliq̃ tꝑalit agenda. in quib⁹ ſuum ꝓpoſitũ ꝯſequũtur deo fouẽte. vt ſicut vita eterna eſt ſimpl'r pmiũ opm iuſticie ꝑ relatõnem ad motionẽ diuinã vt dictũ eſt ſup. ita tꝑalia bona in ſe ꝯſiderata hñt rõnem mercedis. habito reſpectu ad motionẽ diuinã. q̃ volũtates hoĩm mouẽtur ad hec ꝯſeq̃nda. Licet interdũ in his hoĩes nõ habeãt rectam intẽtionẽ. Cũ aũt dr Eccs. ix. Uniuerſa eque cũctis eueniũt iuſto et ĩpio. bono ⁊ malo ⁊c̃. Hoc verũ ẽ q̃tuꝫ ad ſubãm bonoꝝ ⁊ maloꝝ tꝑaliũ: ſꝫ nõ q̃tum ad finẽ. Nã ꝑ h⁹ boni manuducunt in btitudinem. non aũt mali. Item q tꝑalia bona fuerint ꝓmiſſa in veteri lege. vt merces iuſticie. vt patet Deut. xviij. Dicit Augu. Qꝛ in illis fuerunt figure futuroꝝ. ſ. ſpiritualiũ bonoꝝ. que implentur in nobis.

## ¶ Titulus decimus de donis ſpiritusſancti. De ſeptem donis ſpũſſancti in cõi. Capi. j.

Aſcẽdiſti in altum. cepiſti captiuitatẽ. dediſti dona hoĩb⁹. ps. Nrã tñ tranſlatio habet. Accepiſti dona hominib⁹. Quod põt exponi dupl'r. Accepiſti tu xpe de quo ꝓprie loquit in hominib⁹. i. inter hoĩes ꝯſtitutus accepiſti. ſ. a deo dona ſpiritusſancti. Uel dona que a te infuſa in apoſtolis intenſoꝝ deſideriorũ accepiſti: accepiſti. ex quib⁹ miſiſti dona ſpũſſancti copioſiſſime. Sꝫ ſequẽdo primã lrãm quã inducit ap'lus ad Eph. Aſcendit xpc in altum abſolute. qꝛ ĩ ſupremũ locũ celi empirei. q̃ nil altius. Uel in altum crucis. cepit captiuitatẽ id eſt multitudinẽ ſanctoꝝ. quã diabolus tenebat in limbo carceris obſcuri captiuã. ꝓpter debitum originalis nõdum ſolutum. Et ꝑ crucẽ quidem de manib⁹ ei⁹ liberãdo. In aſcẽſione

autem cepit.ſ.ſecū ducendo in celum.et in poſ
ſeſſionem celi mittendo ſeu ponendo. Poſt qͦ
dedit dona hominibꝫ.i.apl'is dona ſpūſſancti
Unde Aug. dicit. Que dona? utiqꝫ ſpm̄ſanctū.
qui tale donū eſt.qualis eſt ipe. Uere magnus
dñs et magna miſcdia eius.qui donū dat eq̄le
ſibi. Donū em̄ eius ſpūſſanctus ē.a q̄ dono in-
creato pcedūt in plurali ſeptē dona data hoībꝫ
De quibꝫ Jſa.xj. Requieſcet ſup eū.ſ.xp̄m ho
minē.et etiā ſuper quodlibet membꝝ xp̄i mi-
ſtici.ſpūs dñi.ſ.grā ſpūſſancti.a qua fluūt do
na ſiue virtutes infuſe. Spūs ſapie et intelle
ctus.ſpūs ꝯſilij et fortitudinis.ſpūs ſcie ⁊ pie
tatis. Et replebit euꝫ ſpūs timoris dñi. Quis
autē iſta dona ſpūſſancti fuerint in omībꝫ ele
ctis dei.qui fuerūt i veteri teſtam̄to.tm̄ copio
ſius et vniuerſalius fuerūt data in nouo poſt
xp̄i aſcenſionē apl'is.⁊ ipis p̄dicantibꝫ p orbē
alijs inumeris. Ubi etiaꝫ notādum q̄ grā iſta
ſeptiformis.i.ſeptē donorū: amittit̄ p quodli-
bet mortale pctm̄. Et iō ſtatutū fuit antiqui-
tus.vt p quolibet mortali imponeret̄ pnīa ſe-
ptennis.vt pꝫ.xxij.q.j. Predicandū.vt.ſ.ſicut
p peccatū abiecit a ſe ſeptiformē grām ſpūſſā-
cti.ita p ſeptēnem pniam ſatiſfaciat et recu-
peret eā. Jn c⁹figurā hr̄.q̄ maria ſupbiens ⁊
murmurans ꝫ moyſen.infecta lepra.ſtetit ſe-
ptem diebꝫ extra caſtra.et poſtea ſanata Nu-
meri.xij. Et hic ponitur.xxxiij.q.xj.hoc ip̄m.
§.ſequenti.in glo.

## Fuerunt aūt et ſunt figu- .§.j.

rata iſta ſeptē dona multipl'r i veteri et nouo
teſtō. Dona em̄ ipſa put letificant ciuitatem
eccleſie militātis.vel aīam rōnalem: adaptan
tur ſeptē ſeptēnarijs. Primo quidē in ſeptem
diebꝫ quibꝫ formatus eſt mūdus. Hic mūdus
minor format̄ vt ſit pfectus p iſtū ſeptēnariū
Prima em̄ die facta ē lux.ſignās donū timo-
ris.p quem incipit deū efficaciter cognoſcere.
q: initiū ſapie timor dñi. Secunda die fit fir-
mamētū diſtinguēs aq̄s ab aquis.i.firmitas
ſcē ꝯuerſationis.p donū ſcie diſcernēs falſas
doctrinas ⁊ ſuaſiones ⁊ exempla ad maluꝫ.vt
iferiores ab aq̄s ſupioribꝫ vere doctrine ſua-
ſionis ⁊ exemploꝝ. Tertia die arida ſegregata
ab aq̄s: germinat virentē herbā flores et fru-
ctus.q: ſegregatus hō ab aq̄s falſaꝝ opinio-
nū de ydolis et ſupſtitionibꝫ.p pietatem colit
veꝝ deū.pducēs flores ſcōꝝ deſiderioꝝ.her-
bas ſalutariuꝫ verboꝝ.⁊ fructus opm̄ mīe et
pietatis in pximos ſubueniendo eis. Quarta
die fiūt luminaria magna.ſol.et luna.⁊ ſtelle
p donū videlꝫ ꝯſilij.q̄ illuminat̄ rō ſupior cir-
ca diuina vt ſol. Rō inferior vt luna circa tē-
poralia.et om̄s ſenſus ⁊ motus paſſionum vt
ſtelle. Quinta formātur piſces in aq̄s et aues
q̄ ſuſtentantur in aere.p donū fortitudinis in
aquis tribulationū viuūt boni affectus.et in
temptatōnibꝫ demonū in aere volitāt cogita
tus ad deū reſiſtēdo. Sexta die formātur be-
ſtie cū homine cū dñetur eis. Et p donū intel
lectus hō qui eſt intellectiuū aīal.dñs ſenſiti-
uā beſtialē.dñatur paſſionibꝫ.intelligēs ꝯdi-
tionē ſuam.et ſcripturas hoc docētes. Demū
ſeptimo die requieuit deus et bñdixit diei illi.
Per ſpm̄ em̄ ſapie requieſcit mens in deo.gu
ſtans diuinā ſuauitatē et bñdictionē eternā.
Sicqꝫ cōpleuit deus die ſeptimo ſeptiformi.ſ.
grā et dono ſpūſſancti opus ſuuꝫ quod patra
rat Gen̄.j.hominem pfectione vltima.

## Signantur et ipſa dona .§.ij.

p ſeptē lucernas que i tēplo dñi ardebāt. Jpa
illumināt mentē ad om̄ia.p̄cipue ad petitio-
nes formādas in tēplo vbi fiūt orones. Un̄ di
cit apl's ad Ro.viij. Jpe ſpūs poſtulat p nob̄
i.poſtulare nobis facit. Nā per donuꝫ ſapie q̄
guſtat̄ diuina bonitas.facit nos petere vt ſan
ctificet̄ nomē eius.i.vt ab oībꝫ lāudetur ſcīm.⁊
ꝯgnoſcatur tāta bonitas diuina. Donū intel
lectus quo intelligūtur angelici ſpūs ⁊ bona
ſupni r̄gis.facit nos poſtulare vt adueniat re
gnū illud in nob̄.i.nos eamus ad illō. Donū
ꝯſilij inducit nos ad flagitādū.vt fiat volun-
tas dei.nō ſolū in mādatis eius adimpleat̄: ſꝫ
etiā in ꝯſilijs. Donū pietatis vrget ad rogan-
dū p pane gr̄e et ſube tpalis neceſſarie: dicēs
Panē nr̄m quotidianū. Donū ſcie quod facit
ꝯgnoſcere pctā ppria et defectus alioꝝ.ſuppli-
cat p remiſſione eoꝝ: inquiēs. Dimitte nobis
debita nrā ⁊c̄. Sꝫ donū fortitudinis.q: intelli
git ſine dei adiutorio ñ poſſe reſiſti tēptatōibꝫ:
dicit. Et ne nos inducas. Nō petit vt ñ tēpte-
tur: ſꝫ ne vincat̄ ſed fortit̄ reſiſtat. Demū q: p
timoreꝫ dñi oīs declinat a malo.iō timor dñi
ſcēs ꝯcludit. Sꝫ libera nos a malo.mediante
ſancto timore.

## Deſignantur et iſta ſe- .§.iij.

ptē dona p ſeptē filios iob.ſm̄ Gre.in.j.et.ij.
moral'.qui faciebāt ꝯuiuia ſinguli p ſingulos
dies ebdomade.q̄libet in die ſua cum ſororibꝫ
eoꝝ tribꝫ.⁊ in domo quadranguli. Paſcūt em̄
mentē quā inhītant ſpūali refectōe. Et hoc ſit'
cū tribꝫ ſororibꝫ.i.tribꝫ ꝟtutibꝫ theologicis.fi
de.ſpe.et caritate. Et edifitō ſpūali q̄drangu-
lari formato in quatuor ꝟtutibꝫ cardinalibꝫ.
Prudētia.iuſticia.fortitudīe.⁊ tpantia. Un⁹-
quiſqꝫ facit ꝯuiuiū ſuū.q: vnūquodqꝫ donum
ex ſuo effectu: reficit mō ſpūali menteꝫ vbi eſt.
Et dicit ſic. Sapīa mentem de eternoꝝ ſpe et
certitudine reficit. Jntellectus in eo q̄ audita
penetrat: reficiēdo cor tenebras ei⁹ illuſtrat.
Cōſilium p̄cipitem eſſe phibet.⁊ rōne aīm re-
plet. Fortitudo aduerſa ñ metuit ⁊ cōfidentie
cibos apponit. Scīa in eo q̄ igrātie nebulas
ſupat.cibos in vētre mentis reponit. Pietas
cordis mīe viſcera opibꝫ replet. Timor vo in
eo q̄ p̄mit mentē ne de p̄ntibꝫ ſupbiat.p cibos
ſpei mentē ꝯfortat. Hec Greg.in.j.moral'. Et
ſubdit oſtendens quomō vnū iuuatur p aliud

et ſic ſeinuicem reſiſtūt. Quō etiā fatiunt ho-
minē bn̄ diſpoſitū cōtra cōtraria vitia. vt ſa-
piētia deſtruat ſtultitiā. itellect9 ebetudinem
Scīa ignorātiā. Pietas duritiā. Cōſiliū pci-
pitatōz. fortitudo malū tiorē: ⁊ timor pſūptōz

**Hec dona ſunt ſeptem .§.iiij.**
ſpūs miſſi in omnē terrā cōtra ſeptē ſpūs neq̄
De quib9 dr̄ Mat. xij. Uadit. ſ. ſpūs imundus.
et aſſumit ſeptem ſpūs nequiores ſe. et ingreſ-
ſi hītant ibi. Donū em̄ timoris expellit ſuper
biā. q2 timor facit hoīem humiliari ei quem ti
met. Donū pietatis expellit ſpm̄ inuidie. que
crudelis ē. et nō p̄t pati alios bona hr̄e: ſ3 po-
tius appetit ſui malū cum priori malo primi.
Spūs ſcīe repellit ſpm̄ ire. q̄ impedit animuz
ne poſſit cernē verū. ad qd ſcīa attēdit. Spūs
pſilij fugat ſpm̄ auaritie. q̄ nec pſilia nec mā
data dei ſinit implere. q̄ iubet vel pſulit pau-
perib9 indigentib9 ſubueniri: ſ3 ſibipī pgregat
totū. Spūs fortitudinis eliminat ſpm̄ triſtem
accidie. que ꝓpter tedium laboris ſubterfugit
viriliē bona opari: infirmitate victus ſenſua
litatis. Spūs intellectus remouet ſpm̄ gule.
que mentē obfuſcat vt nil ſpūale valeat intel-
ligē: fumoſitatib9 rpleto cerebro. Tandē ſpūs
ſapīe obruit ſpm̄ luxurie. q̄ figēs ſe in cadaue-
rib9 fetidis vt ibi paſcat̄. ad archaz eccl'ie ne-
ſcit reuerti vt colūba. vbi ſunt cibaria optīa
et ſuauiſſima. Et guſtata ſuauitate ſpūs quod
fit p ſapiam: deſipit oīs caro: ait Bernh. i.
omnis delectatio carnalis.

**Hec ſeptem dona ſunt ſe- §.v.**
ptem columpne. De quib9 dr̄ puer. ix. Sapīa
edificauit ſibi domū. Scidit colūpnas ſeptē. i
ſeptē dona ſpūſſcti. que ab ipo pcedunt ad fir
mandā domū pſcie quā edificauit diuia ſapīa
ad hītandū ibi. Et corrn̄dent ſeptez verbis. q̄
ipſa ſapīa incarnata dixit in cruce. docēs ho-
minē ad bn̄ viuendū. Nā verbū primū. ſ. pr̄ di
mitte illis. corrn̄det dono pſilij. q̄ ſuggerit̄ hoī
nōſolū nō facere vindictā de inimicis: ſ3 bn̄fa
cere et orare p eis. Secundū verbum. ſ. hodie
mecū eris in pādiſo Luc. xxiij. corrn̄det dono
ſapīe. quo guſtant̄ bona pādiſi. Tertiū verbū
ſ. mulier ecce filius tuus Jo. xix. ad pietatem
ptinet. que p̄cipue pntib9 puidet. Quartū ver
bū. ſ. deus deus meus. vt quid dereliquiſti me:
Mat. xxvij. ad donū fortitudīs reſpicit. quo ⁊
ſi multū quis affligit̄. nō tn̄ deſcēdit de cruce
afflictōnis: ſ3 ad deū recurrit petēs ne derelin
quat. Quintū verbuz. Sitio Jo. xix. corrn̄det
dono ſcīe. quo q̄s ſitit ſcire q̄ ſue expediūt ſalu
ti. Sextū. Cōſumatū ē Jo. xix. donū intellect9
inuocat. q̄ intelligūtur q̄ in ſcripturis figura
ta erāt de filio hoīs eſſe pſumata. i. impleta.
Ultimū aūt verbū. Pr̄ in manus tuas pmēdo
ſpm̄ meuz Lu. xxiij. dono pgruit timoris. q̄ vt
bonus filius totum ſe ſubijcit et cōmittit deo.
His verbis et donis quaſi ſeptem columpnis
ſuſtentatur anima ne corruat.

**Hec dona ſūt ſeptē mu- .§.vj.**
lieres in figurā de quib9 dic yſaias. Appreben
dēt ſeptē mlieres vir vnū: dicētes. Panē nr̄m
pmedemus. Ueſtimētis nr̄is opiemur. tm̄ inuo
cet̄ nomē tuū ſup nos. Mulieres dicunt̄ dona
nō ꝓpter ſexū: ſ3 ꝓpter fecūditatē bonorū opm
que pducūt. Iſte apprehendēt virū vnū. i. xpm
ſm Hiero. pfectū in omī ſctitate in q̄ pleniſſie
quieuerūt. Iſta dona cū ſint hītus quidā. co-
operiūt ⁊ ornāt aīam. ac etiā hn̄t ſecū panem
refectōnis. Un̄ et ipa dona figurātur etiā per
ſeptē panes quib9 xp̄c pauit turbas Mat. xv.
Qui ſūt ſeptē btitudīes ptinētes ad doctrinā
noui teſti. q̄s xp̄c docuit diſciplos in mōte. ſic
q̄nq3 panes ordeacei q̄b9 altera vice pauit xp̄c
q̄nq3 milia hoīm in mōte Jo. vj. ſignat doctri-
nā veteris teſti. q̄nq3. ſ. librorū moyſi. quā xp̄c
frangēs et ſpūaliē exponēs fideles paſcit. Per
donū em̄ timoris hr̄ primus panis. ſ. paupertas
ſpūs. q2 p timorē hūiliat̄ quis. ⁊ ſubijcit ſe deo
timēdo iudītia ei9. Per pietatē hr̄ ſecūdus pa
nis. ſ. mititatis. i. māſuetudīs. q2 p pietatem
quā dicit Job eē cultū dei. hō miteſcit ⁊ fit mā
ſuetus ad audiēdū verbū dei. acq̄eſcēs ſcriptu
ris in hiis que ſūt ſup rōnem. Per ſcīam hr̄ ter
tius panis. ſ. btitudo luctus. Qui enim addit
ſcīam addit ⁊ dolorē Eccs. j. q2 ſciēs pcta ſua
et picula mūdi. ⁊ miſerias hoīm. n̄ p̄t nō lugē.
Per donū fortitudīs hr̄ quartus panis. ſ. eſu-
ries ⁊ ſitis iuſticie. i. bonoꝝ opm. Nam fortis
ꝓpter deſideriū quod h3 ad ṽtuoſa opa (et hic
eſt eſuries et ſitis) maiora. ſ. ⁊ minora opa ar
dua. exponit ſe ad oēm laborē ⁊ viriliē ſuſtinz
Per donū pſilij hr̄ q̄ntus panis. ſ. miſcdie. hoc
em̄ pſulit intus ſpūſſcēs. vt miſcdiam exhibe-
at primo ſpūalem et corpalē. etiaz vbi ex p̄ce-
pto nō teneret̄. vt miſcdiam ipe exiñ pſequat̄
Per donū intellect9 hr̄ ſextus panis. ſ. mūdicie
cordis. Nā (vt ait ſaluator) vos mūdi eſtis ꝓpt
ſmonē quē locutus ſū vob Jo. xiij. Scriptura
em̄ ſacra lecta ⁊ intellecta mūdificat cor. Per
donū ſapīe hr̄ ſeptimus panis. ſ. pacis. Beati
pacifici. qm̄ filij dei vocabūtur. Nā p ſapiam
guſtat̄ ipſe xp̄c q̄ eſt pax nrā. et inde cū oīb9
querit pacē et in omnib9 requiem inuenit.

**Hec ſunt ſeptem oculi .§.vij.**
ſuper lapidē vnū. i. xpm ⁊ quēlibet vir pſtātē
q̄ hn̄t nos illūiare et dirigē in ſacr̄is ⁊ p ſacr̄a
ſeptē eccl'ie. Quis ei grā ſeptiformis recipiat̄
p q̄libet ſacr̄m vel augeat̄. tn̄ q̄libet donuz
p̄t adaptari vni ſacr̄o. Per bapm̄ em̄ hō credē
do incipit timere deū. offendē. ⁊ euz revereri.
Per pfirmatōez roborant̄ in dono fortitudīs
ad pfitendū publice ſine erubeſcentia fidē xpi
cū expedit. Per eukariſtiā que dr̄ ſacr̄m pie-
tatis. donū pietatis exercet̄. pie credēdo ⁊ colē
do deū ſuū in ea. Ad vere penitendū exigit̄ do
nū ſcientie. vt ſciat pgnoſcere ⁊ diſcernē pcta

ſua confiteri. et a quibꝫ oportcat caue̅. In ordine ſacro exercet̃ donū conſilij. dū ip̄m hn̄tes ſeruāt conſiliū caſtitatis. et alijs. ſ. ꝓplo habe̅t conſulere de his que expediūt ſaluti animarū ſuarū. donū itellectus docet q̄ vtunt̃ ſacr̄o mr̄imonij. quantā rem ſpirituale̅ ſignificet: vt nō vtāt̃ eo ſic equus ⁊ mul⁹ q̄bus nō eſt intellc̃⁹: ſ ad prole̅ ſuſcipiendā. vel fornicatōꝫ vitādā in ſe vel conſorte. Per ſacrame̅tū extreme vnctōis. preparat̃ aīa magis ac magis ad fonte̅ ſapie̅tie. vt f̃licto affc̃tu pn̄tis vite. que̅admodū ceru⁹ deſide̅t ad fontes aq̄rū et̃ne ſapie.

¶ De diſtīctōibꝫ donorū ſpūſſc̃ti. a v̉tutibꝫ īfuſis: ⁊ de nccītate eoꝝ et ꝯnexiōe. Capi. ſecūdū

Dona ſpiritusſāncti ſunt diſtīcta realit̃ a virtutibꝫ īfuſis. ⁊ neceſſaria ſūt omīa ad ſalute̅. ⁊ ſūt quidā hītus aīme. Cōnexa ſūt adinuice̅. ita q̄ vnū nō pōt haberi ſn̄ alio. Septe̅ ſūt et non plura nec pauciora. Dignitas eoꝝ attendit̃ ſcd̄m enumeratōnem. incipie̅do tn̄ a ſuperioribꝫ. ſ. a ſapia. In pr̄ia remane̅t ī btīs. Et ꝯparādo ea v̉tutibus. nobiliora et ꝑfectiora ſūt cardīalibꝫ. Sꝫ īferiora theologicis v̉tutibus. Hec omīa ſcd̄m tho. p̄ma ſcd̄e. q. lxviij.

¶ Q̄ntum ad primum ponit. §. j. tho. vbi ſup̄ varias ſuꝑ hoc opiniones. Aliqui em̄ dixerūt q̄ dona non diſtinguūt̃ a virtutibꝫ ſed virtutes dicunt̃ inq̄ntū perficiūt hoīem ad bn̄ oꝑandum. Dona aūt inq̄ntū a deo cauſant̃ tales hītus. Alij v̉o dixerūt ī hoc differre v̉tutes a donis: q̄ dona ꝑficiūt liberꝝ arbitriū ſm̄ qd̄ facl̄tas rōis. ſ v̉tutes ꝑficiūt liberꝝ arbitriū ſcd̄m qd̄ e̅ facultas volūtatis. Tercij dixer̃t q̄ dona differūt in hoc a virtutibꝫ: q̄ v̉tutes ꝑficiūt hoīem ad bn̄ operandū. ſed dona ad reſiſtendū te̅ptationibꝫ. Quarti poſuer̃t ī hoc eſſe dr̄a ītēr ea: q̄ v̉tutes perficiūt homine̅ ad bn̄ operandū ſimplicit̃. ſed dona ad hoc ordinant̃ vt ꝑ ea conformemur xp̄o. p̄cipue q̄ntū ad ea q̄ paſſus eſt. Sed om̄s iſtas opiniones reprobat tho. p̄ma ſcd̄e. q. lxviij. arti. j. rōnem aſſignās reprobatōis. ibi. potes videre. Et ponit ip̄e quintū modū dice̅di quomō differāt. Dic em̄ q̄ ad diſtinguendū dona a virtutibꝫ. debemus ſequi modū loque̅di ſacre ſcripture. in q̄ tradūtur nobis nō ſub noīe donoꝝ: ſ ſub nomine ſpirituū. Dr̄ em̄ Iſa. xj. Requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i. Spūs ſapie ⁊c̃. Ex quibꝫ nob̄ manifeſte datur intelligi. q̄ iſta dona ſepte̅ enumerātur ibi. ſm̄ q̄ ſunt in nobis ab inſpiratōe diuina. Inſpiratio aūt ſignat quādā motōem ab exteriori. Eſt em̄ ꝯſiderandū q̄ in homine eſt duplex principium motiuū. Vnū interius qd̄ eſt rō. Aliud exterius qd̄ eſt deus vt dictū eſt. Et etiā ph̄s hoc dicit in. c. de bona fortuna Manifeſtum eſt aūt q̄ omne qd̄ mouet̃ oꝫ eſſe ꝓportionatū motori. et hec eſt ꝑfectio mobilis inq̄ntum mobilis diſpoſitio qua diſponitur ad hoc q̄ bn̄ moueatur a ſuo motore. Quāto em̄ motor e̅ altior. tanto neceſſe e̅ q̄ mobile ei ꝓportionet̃ ꝑfectiori diſpoſitione. Sicut videm⁹ q̄ ꝑfectius oꝫ diſcipulū eſſe diſpoſitū ad capiendū altiore̅ doctrinā a mg̃ro. Manifeſtū eſt aūt q̄ virtutes hūane ꝑficiūt homine̅. ſm̄ q̄ e̅ natus moueri ꝑ rōnem. in his q̄ interius vel exterius agit. Oportet g̃ ineſſe hoī altiores v̉tutes. ſm̄ q̄s ſit diſpoſitus ad hoc q̄ diuinitus moueat̃. Et iſte ꝑfectōes vocātur dona. nō ſolū q̄ infūdunt̃ a deo: ſ q̄ ſm̄ ea hō diſponit̃ vt efficiat̃ ꝓmpte mobilis ab inſpiratōe diuīa ſicut dr̄ Iſa. l. Dn̄s apuit mihi aure̅ ego aute̅ nō ꝯdico. Et ph̄s dicit in. c. de bona fortuna. q̄ his qui mouet̃ ꝑ inſtinctū diuinū. n̄ expedit ꝯſiliari ſm̄ rōnem hūanā: ſ q̄ ſequāt̃ interiore̅ inſtinctū. quia moue̅tur a meliori p̄ncipio q̄ ſit rō hūana. Et hoc e̅ q̄ quidā dicunt. q̄ dona ꝑficiunt homine̅ ad altiores actus. q̄ ſint actus v̉tutū. Q̄ aūt dona noīentur a Gre. in j. moral̃. vel ab alijs aliq̄n v̉tutes. hoc ideo eſt q̄ hn̄t in ſe ꝯmunem rōnem v̉tutis. Sꝫ vltra hoc eſt in eis aliquid ſuꝑueniens ꝯmuni rōni v̉tutis. inq̄ntum. ſ. ſunt quedā v̉tutes diuine. ꝑficie̅tes hoīem inq̄ntum eſt a deo motus. Vn̄ et ph̄s in. vij. ethico. ponit vltra ꝯmunes aliā quandā virtute̅ diuinā ſeu heroycā. ſm̄ quā aliqui viri moue̅tur. Vn̄ et ip̄e Greg. in. j. moral̃. diſtinguit dona a virtutibꝫ. Q̄ aūt ſapientia et ſcīa ponātur a doctoribꝫ v̉tutes intellectuales. et fortitudo moralis v̉tus. Dicendū q̄ cū iſta ſumunt̃ ſm̄ q̄ ꝓcedūt ex iudicīo rōis tūc nō ſunt dona: ſ dona ſunt p̄dicta. ſm̄ q̄ ꝑ ea oꝑatur homo ex inſtinctu diuino.

¶ Q̄ntum ad ſecundum ſcꝫ. §. ij. q̄ dona iſta ſint neceſſaria ad ſalute̅: ꝓbatur. q̄ ſupremū donoꝝ et infimū ſunt neceſſaria. g̃ et intermedia. Nam dr̄ de ſapia Sap̄. vij. Nemine̅ diligit deus niſi qui cum ſapia hītat vel gradit̃. Et de timore dr̄ Ecc̄i. j. Sine timore domini nemo poterit iuſtificari. g̃ ⁊ alia nccīa Hoc aūt ſic declarat tho. vbi ſup̄. ar. ij. Rō hominis qua hō oꝑatur ꝑficit̃ a deo dupl̄r. Primo naturali rōne. ſ. ſm̄ lume̅ naturale rōnis Secūdo ſuꝑnaturali ꝑfectōe. ſ. ꝑ v̉tutes theologicas. Iſta tn̄ ſecūda ꝑfectō hr̄ quaſi impꝑfecte. Impꝑfecte em̄ ꝯgnoſcimus hic deū. ⁊ impꝑfecte diligimus. Illud aūt qd̄ hꝫ impꝑfecte formā aliquā vel virtute̅. nō p̄t ꝑ ſe oꝑari niſi ab altero moueat̃. ſicut luna in qua eſt impꝑfecte natura lucis. non illuminat niſi illuminata a ſole. et diſcipulus in medicina nō ꝑ ſe medicat niſi edoctus a mg̃ro. Q̄uis g̃ rō ſm̄ q̄ eſt aliqualit̃ et impꝑfecte illuminata. ꝑ v̉tutes theologicas moueat ad vltimū finem ſuꝑnaturalem. non ſufficit tame̅ iſta motio ratōnis. niſi deſuper adſit inſtinctus et motio ſpūſſancti. ſm̄ illud Ro. viij. Qui ſpū dei agūtur hi ſūt filij dei. q̄ſi filij dei ⁊ he̅des. Et illō p̄s. Spūs tu⁹ bonus deducet me in terrā rectam. q̄. ſ. ad he-

reditatem illius terre nullus p̄t peruenire. ni-
ſi dicatur a ſpūſancto ꝑ iſta dona ſua. Non er-
go ita ꝑficitur homo ꝑ virtutes theologicas
et morales in ordine ad vltimū finē. q̄n ſemꝑ
indigeat moueri quodā ſupiori inſtinctu ſpūſ
ſancti. Vn̄ et virtutes excedunt q̄tum ad mo
dū opandi. inq̄tum. ſ. homo ꝑ dona mouetur
ab altiori ꝓncipio. Quis etiā per virtutes ho
mo multa ꝯgnoſcat. et poſſit vitijs reſiſtere.
tn̄ quia rōni hūane nō ſunt oīno ꝯgnita neq̄
poſſibilia. Et hoc ſiue accipiat̄ ratio vt ꝑfecta
lumine naturali. ſiue vt ꝑfecta v̾tutib⁹ theolo
gicis. Inde ē. q̄ non p̄t q̄tum ad oīa repelle-
re ſtulticiā. ebetudinē. ⁊ alia que ponit Greg.
in. ij. moral̄. eſſe ꝯtra dona. Sed deus cui⁹ po-
teſtati et ſciē omnia ſubſunt. ſua motione per
dona ſpūſſancti nos tutos reddit. ab oīni ſtul-
ticia ꝑ ſapiam. ab ebetudine per intellectum.
a p̄cipitationis vitio ꝑ ꝯſilium. a timore ma-
lo ꝑ fortitudinem. ab ignorantia per ſciam. a
duritia per pietatem. a ſupbia per timorem.
Iſta enī vitia ponit Greg. ibi cōtrariari do-
nis iſtis. Et ſic oſtēdūtur ipa dona neceſſaria
ad ſalutem.

## Q̄tum ad tertiū. ſ. q̄ do-. §. iij.

na ſint habitus. ꝓbatur ꝑ hoc. q: xp̄c loquēs
de ſpūſancto diſcipulis: ait Jo. xiiij. Apd vos
manebit et in vos erit. Sz ſpūſſanctus nō eſt
in hoīb⁹ abſq̄ donis eius. Manſio aūt impor-
tat ꝑmanentiā et firmitatē. et ſic denotat ha-
bitū. qui ē qualitas de difficili mobilis a ſub̄o
Non aūt notat trāſitū ⁊ ſubbitū motū ꝓut eſt
paſſio vel act⁹. Sūt ḡ dona hītus quidā. Vn̄
Grego. in. ij. moral̄. dicit. q̄ in illis donis ſine
quib⁹ ad vitā nō ꝑuenit̄. ſpūſſāctus ſemꝑ ma
net in electis. ſ. dum ꝑſeuerant in gratia.

## Q̄tum ad quartum ſcz. §. iiij.

quare ſint ſeptē. et q̄uo ꝑficiant vires anime.
Sic declarat tho. in p̄ma ſcđe. q. lxviij. art. iiij.
Dona ſūt quidā habitus ꝑficientes hoīem ad
hoc. q̄ ꝓmpte ſequat̄ inſtinctus et motus ſpi-
ritusſācti. Sicut virtutes morales ꝑficiūt vi-
res appetitiuas ad obediēdū rōni. Sicut aūt
appetitiue nate ſunt moueri ꝑ imperiū rōnis
ita etiā omnes vires hūane nate ſūt moueri
ꝑ inſtinctum dei. ſicut a quadā ſuperiori potē
tia. Et ideo in omnib⁹ virib⁹ hominis. que pn̄t
eſſe principia humanoꝝ actuū. ſicut ſunt vir
tutes. ita etiā ſunt dona. ſ. in rōne. et in vi ap
petitiua. Ratio aūt eſt practica ⁊ ſpeculatiua
Et in vtraq̄ cōſideratur apprehenſio veritatis
que ꝑtinet ad inuentionē et iuditiū de verita
te. Ad apprehenſionē ḡ veritatis. ſpeculatiua
ratio ꝑficitur ꝑ intellectum. Practica v̾o per
cōſilium. Ad rectitudinē iuditij de re ꝑficitur
ſpeculatiua ꝑ ſapiam. practica ꝑ ſciam. Appe
titiua aūt potētia perficitur q̄tum ad ea que
ſūt ad alteꝝ. Per pietatē q̄tum ad ea que ſūt
ad ſeipm̄. Per fortitudinē ꝯtra errorem peri-
culoꝝ. Contra ꝯcupiſcentiā v̾o delectabilium
ꝑficitur per timorē. Iuxta illud. Confige ti-
more tuo carnes meas. i. ꝯcupias carnales.
Et ſic patet q̄ dona ſe extendunt ad oīa. ad
que ſe extendūt virtutes morales. ſ. fortitudo.
iuſticia. ⁊ tꝑantia. Et virtutes intellectuales
ſcz ſapientia. intellectus. ſciētia. prudentia. ad
quā ꝑtinet ꝯſiliū. Ars aūt etſi ſit virtus intel
lectualis. non tn̄ ꝑficit hominē ad bene viuen
dū: ſz ad opa exterius factibilia. que tranſeūt
in aliam materiā. Et ideo ars nō ꝯnumerat̄
inter dona que ꝑficiunt hominē in ordine ad
bene viuendum. Iuſticie v̾o imponit nomen.
Imponit̄ a rectitudine ratōnis. Et ideo cōue-
nientius eſt nomen virtutis q̄ doni. Sed pie-
tas que tn̄ pertinet ad iuſticiā. importat reue
rentiā quam habemus ad patrē et patriam.
Et q: pater omniū eſt deus. et pietas dei cul-
tus noīatur ſm̄ Aug. Ideo ꝯueniēter donum
quo ꝓpter reuerentiā dei aliquis bonū opatur
ad oīes: pietas noīatur non iuſticia. Sapia
aūt et ſcientia prout ꝯnumerātur inter grās
gratis datas. De quib⁹ apl̄us. j. ad Corin. xij.
Alij datur ꝑ ſpm̄ ſermo ſapie. Alij ſmo ſcien
tie. differūt realiter a ſapientia et ſcia ꝓut ſūt
dona ſpūſſancti. Nam ille dicūtur gratie gra-
tis date. inq̄ntum per ea quis habundat intā-
tum in ꝯgnitione reꝝ diuinaꝝ et humanarū.
q̄ poteſt alios inſtruere ⁊ aduerſarios ꝯfuta
re. que poſſunt eſſe etiam in malis hominib⁹.
Sed dona ſunt ꝓut perficiunt mētem hominis
ad ſequēdum inſtinctus ſpūſſancti. in cogni-
tione diuinoꝝ vel humanoꝝ. et non ſunt niſi
in bonis. Differunt iſta dona a ſapia et ſcien-
tia que ſūt habitus acquiſiti ſeu virtutes in-
tellectuales. Similit̄ et fortitudo donū differt
a fortitudine virtute morali etiā infuſa. Nam
opus fortitudinis virtutis ꝓcedit a rōne illu-
minata. tn̄ ꝑ grām ſi eſt v̾tus infuſa. Sz opus
fortitudinis ꝓut ē donū: ꝓcedit a ſpūſancto.
mouente mētem ad ſequēdum ſuū inſtinctum
per tale donū hītuale. ſ. fortitudinis. Simul
tn̄ ꝯcurrūt. q: virtutes etiā ſeinuicem iuuāt
in actib⁹ ſuis. hn̄t tn̄ diuerſum reſpectū. Do-
num quidē vt fortiter ꝑſiſtat ob reuerentiam
dei. Virtus aūt ne diſcedat a bono rōnis. Cū
aūt dona ꝑficiant hominem ſm̄ q̄ mouetur a
deo. et virtutes theologice maxime nos ordi-
nent ad eū. non tn̄ ponūtur aliqua dona per-
tinētia ad virtutes theologicas ſicut ad mo-
rales. Et rō eſt ſm̄ Tho. vbi ſup̄. Quia rō ho
minis n̄ mouet̄ a ſpūſancto. niſi ei aliquo mō
vniat̄. Sicut inſtrm̄ non mouet̄ ab artifice.
niſi ꝑ ꝯtactū vel alio mō ei vniat̄. Prima aūt
vnio hominis ad deū eſt ꝑ fidem. ſpem. et cari
tatem. Vn̄ iſte virtutes theologice. ꝑſuppōnū
tur ad dona ſicut radices eoꝝ. Vn̄ oīa iſta
dona ꝑtinēt ad has tres virtutes. ſicut quedā
deriuatōnes eaꝝ. Et ſm̄ Tho. vbi ſupra. arti.
viij. Dona ſpūſſancti ſunt ꝑfectiora virtutib⁹

omnib⁹ intellectualib⁹ et moralib⁹. q: ipe pficiunt rōnem hoīs vel alias potētias vt appetitiuas in ordine ad rōnem. Sȝ dona perficiūt hoīs potētias. in opatione ad ſpm̄ſcm̄ mouētem. Sed theologice vtutes ſūt pfectiores donis. q: p eas mens humana deo piungitur. vt poſtea ab ipo moueat̄ p actus donoꝝ. Vn̄ et Greg. in. j. moral'. exponēs figurā q̄ filij Job fuerūt ſeptē: ſignantes ſeptē dona. et tres filie ſignātes vtutes theologicas: dicit. Ad denarij pfectionē ſeptē filij. i. ſeptē dona nō pueniunt niſi in ſpe. fide. ⁊ caritate. fuerit om̄e qd̄ agūt Beatitudines aūt de quib⁹ fit mētio Mat. v. et d quib⁹ ſup̄. ti. vij. ſūt actus ipoꝝ donoꝝ. pmaxime vel virtutū. Vn̄ non diſtinguūt̄ ab eis ſicut diuerſi habitus: ſed ſicut actus ab hītib⁹ eorum. Tho. vbi ſupra. arti. iiij.

**Sunt aūt ipa ſeptem do//. §. v.** na pnexa adinuicē. vt vnū non poſſit hri ſine altero. qd̄ figuratū fuit in ſeptem filijs iob. in eo q̄ ſimul ſeinuicē reficiebāt ptinuis puiuijs qd̄ ſic declarat tho. vbi ſup̄. ar. v. Sicut vires diſponūt̄ appetitiue p vtutes morales ī opatōne ad rōnem. q: iraſcibilis p fortitudinē. pcupiſcibilis p tpantiam. voluntas p iuſticiā. ita vires om̄es anime diſponūtur p dona ſpūſſācti. in opatōne ad ſpm̄ſcm̄ mouētem. Spūs aūt ſāctus inhitat in nobis p caritatē. Scd̄m illud ad Ro. v. Caritas dei diffuſa ē in cordib⁹ nrīs. p ſpm̄ſcm̄ qui datus ē nobis. Et p caritatē pficiūtur potētie aīe. ſicut et rō ipa pficit̄ p prudentiā. Vn̄ ſicut vtutes morales pnectūtur ſibinuicē in prudētia. ita dona pnectūtur ſibinuicē in caritate. ita q̄ qui caritatē habet om̄ia dona hȝ. qui nō hȝ eam. nullū ex eis hȝ.

**Dona aūt ſpūſſancti ali//. §. vj.** quo mō remanēt in pr̄ia. i. quo ad aliq̄s act⁹ et quo ad alios nō. Pro cuius declaratōne dic tho. vbi ſup̄. ar. vj. q̄ q̄tum ad eſſentiā donoꝝ vtiqȝ remanent in pr̄ia. Cuius rō eſt. q: dona ſpūſſācti vt dictū ē. pficiūt hoīem ad ſequēduȝ motionē ſpūſſācti. Sȝ hoc pcipue erit ī pr̄ia. qn̄ deus erit om̄ia in omnib⁹. et qn̄ homo erit totalit̄ ſubditus deo. Et ſic intelligit̄ illud p̄s. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Ciuitas dei eſt triplex. aīa rōnalis. eccl'ia militans et pr̄ia ſupnalis. Fluuius eſt grā ſeptiformis ſpūſſancti. i. ſeptē donoꝝ. Cuius impet⁹ eſt feruor qui letificat triplicē dictā ciuitatē dei. Vn̄ et Jo. apoc̄. vlt̄. dicit ſibi oſtenſū fluuiū aque viue. ſplēdidū vt criſtallū. egredientē a trono dei et agni. in medio platee eius. a deo em̄ pcedit grā ſpūſſcti in nob̄ merito agni. i. xp̄i. Vn̄ Amb. d ſupna ciuitate: ait. Ciuitas illa dei celeſtis hirl'm. nō meatu alic⁹ flumis terreſtris abluit̄: ſȝ ex fōte vite pcedens ſpūſſanctus. c⁹ nos hic breui ſatiamur hauſtu. ī illis celeſtib⁹ ſpiritib⁹ redūdantius videt̄ affluere pleno ſeptem virtutū. i. donoꝝ ſpūaliū ferues meatu.

Alio mō pſiderādo dona q̄tum ad materiā aliquā. circa quā opantur ipa dona in pn̄ti. ſic n̄ hēbunt illā opatōem in ſtatu gl'ie. Sicut vbi grā. Dicit gre. q̄ iſta dona nos ptegūt ꝯ vitia vel tēptamenta. vt ſapia ꝯ ſtulticiā. ſcia ptra ignorantiā. et ſic de alijs. Et q: in pr̄ia n̄ erūt tēptam̄ta vel vitia. Jō q̄tum ad h⁹ dona n̄ remanebūt. Ponit etiaȝ Greg. in. j. moral'. duos effectus ad ſingula dona. quoꝝ vnū tranſit cū vita pn̄ti. aliud remanet in pr̄ia. Dicit em̄ q̄ ſapia mentē de ſpe ⁊ certitudine eternoꝝ reficit. hoꝝ duoꝝ ſpes trāſit ⁊ certitudo remanet De intellectu dicit. q̄ in eo q̄ audita penetrat reficiēdo cor tenebras eius illuſtrat. Hoꝝ primū. ſ. auditus tranſit. q: in pr̄ia nullus docet aliū. Secūdum remanet. ſ. illuſtratio mētis. ⁊ ſic de alijs. Sciēdū etiā q̄ pparando ipa dona adinuicē. dignitas eoꝝ qua vnū pferat̄ alteri ē attēdenda ſm̄ enumeratōem eorū. incipiēdo a ſapia. vt ponit̄ Jſa. xj. Simpl'r loquēdo ſm̄ tho. vbi ſup̄. art̄. vij. dicit em̄ q̄ eadem ē rō in opatione ipoꝝ et virtutū. q: dona ad omnes actus potētiaꝝ aīe pficiūt hoīes. ad q̄s pficiūt vtutes. Vn̄ ſicut vtutes īntellectuales pferunt̄ moralib⁹. et in ipis īntellectualib⁹ ptemplatiue pferūtur actiuis. vt ſapia. intellectus. et ſcia. prudētie ⁊ arti. Jta tn̄ q̄ ſcia pfert̄ intellectui. et intellectus ſcie. ſicut prudētia et ſineſis eubulie. Jta etiā in donis ſapia. intellectus. ſcia. et pſiliū pferuntur pietati ⁊ timori. Jn quib⁹ etiā pietas pfert̄ fortitudini. ſicut iuſticia fortitudini. ⁊ fortitudo tpantie. Sȝ ſm̄ qd̄. i. q̄tū ad miſcdiaȝ. fortitudo et pſiliū de arduis. ſcia aūt et pietas de pmunib⁹. Propterea aūt maxime timor pmēdatur. nō q: nobilius alijs: ſȝ quia primordiū quoddam pfectōnis donoꝝ.

De dono ſapie et de triplici ſapia. Ca. iij.

**Os iuſti meditabitur ſa**pientiā. et lingua ei⁹ loquet̄ iuditiū. p̄s. Juſtus h̄ et cōiter in alijs ſcripture ſacre libris. dr̄ a iuſticia q̄ eſt oīs vtus ſm̄ phm̄. in li. ethico. put. ſ. importat q̄ndā rectitudinē mētis. tribuēs vnicuiqȝ qd̄ ſuū ē. deo. ſibi. ⁊ primo. Os aūt ī hoc loco n̄ accipit̄ p ore corpis. q: eius actus nō ē meditari: ſed p ore aīe qd̄ eſt intellect⁹ eius. accipiens cibos veritatis. et p meditatōem maſticans et traijciēs in ventrē memorie. vt īn nutriat̄ affectus. Meditat̄ g̊ os. i. intellect⁹ iuſti ſapiam. i. q̄ ptinēt ad ſapiam. ⁊ exinde lingua corpis ei⁹ loquit̄ iuditiū. i. ſm̄ rectitudinē iuditij qd̄ ex ſapia ſumit. Nā vt dicit phs. Vn⁹ quiſqȝ recte iudicat q̄ bn̄ nouit. Loquit̄ g̊ ſm̄ rectū iuditiū. i. extimatōem. ⁊ de diuis reb⁹ n̄ errās vt heretici. et de hūanis agēdis. ſ. opib⁹ q: ſm̄ diuinas regulas. ſapia pſulit ⁊ diſponit de agendis. Sed ſciendū q̄ triplex eſt ſapia.

Sapientia eſſentialis ⁊ increata.

Sapientia pſonalis et incarnata.

Sapia hūanal'r ⁊ variata. Os iuſti meditabit̄

Primam.et admiratur imenſitatem.
Secundam.et imitatur bonitatem.
Tertiam.et iocundatur ꝓpter ſuauitatem.

## De prima intelligitur il- .§.j.

-lud Sap̄.Oim̄ eſt artifex oīa ꝓſpitiens.qđ
vtiqꝫ eſt intelligendu ꝫ de ſctiſſima trinitate.
Nā vt dicit Aug.Sicut inſeꝑabiles ſunt.ſ.in
eēntia.ita inſeꝑabiliter oꝑanť.ſ.ab extra.de
ꝯſe.di.iiij.c.j.Nā ab intra.ita pr̄ gignit filiū.
ꝙ filius nō gignit:ſꝫ ē genitus.et pr̄ ingenit⁹
⁊ ſpūſſāctus ab vtroqꝫ ꝓcedit.nō illi ab eo.Sꝫ
ab extra ꝓprietates ꝑſonales in creatōe mūdi
et gubnatione.qđ oꝑatur pr̄.idem et filius et
ſpūſſanctus.Vn̄ xp̄c dei filius ait Joh.vj.Pr̄
meus oꝑatur vſqꝫmō.et ego operor.Et.j.ad
corin.xij.Hec oīa oꝑatur vnus et idē ſpūs
Sicut aūt oīm ꝑſonaꝝ diuinaꝝ ē vna eēntia
potētia.et bonitas.ita et vna ſapīa.que nō ē
aliud ſm Aug.ꝙ ipa eſſentia.Nāetſi in nobis
aliud ſit eēntia.aliđ ſapīa.qꝛ quoddā accidēs
aduenīēs ei poſt eſſentiā.Non ſic ē in deo.cū
nil accidat ei.Sꝫ vt dicit Boetius.Accidens
in deo trāſit in ſubam.i.qđ eſt accidēs in nob.
vt ſapīa.bonitas.et h⁹.in deo ē ipſa ſuba ſeu
eēntia.Vn̄ in ſeqntia.Nil in deo p̄ter deū.nul
la cā p̄ter eum qui cauſat cauſalia.Idem eſſe.
idem noſſe.idem velle.idem poſſe.cuncta ſunt
ſimplicia.Diſtinguiť tn̄ a nob̄ ſapiētia dei a
ſua eēntia ꝑ intellectū nr̄m.rōne.qꝛ alia rōe
ꝯſideramus eius eſſentiā.inq̄tum ꝑ eā ſubſi-
ſtit.et eius ſapīam inq̄tuꝫ ꝑ eam nouit oīa
et diſponit ad debitū finē.ps.Omnia in ſapīa
feciſti.Et ſapie.viij.Attingit ſapīa.ſ.dei.a fi-
ne vſqꝫ ad finē fortiter.⁊ diſponit oīa ſuaui
ter.Cum ꝯ meditatur os iuſti.i.mens hāc ſa
pientiā.admirať cum aplō:dicens ad Ro.xj
O altitudo diuitiaꝝ ſapientie et ſcie dei.q̄in-
comprehenſibilia ſunt iuditia eius.

## Sapientia perſonalis et .§.ij.

.Incarnata.ē dei filius.cui ꝑ appropriatōem at
tribuiť ſapīa.ſicut pr̄i potentia et ſpūiſancto
clemētia Eccī.xxiiij.Ego ſapīa prodij ex ore
altiſſimi.primogenita an̄ omnē creaturaꝫ.ex
ore eius itellect⁹ altiſſimi pr̄is ab eterno ꝓdijt
Et Eccī.j.dr̄.Fons ſapie verbū dn̄i in excelſ
Et.j.ad Corin.xp̄m dei virtutē et dei ſapīam.
Hanc inq̄t Hiero.ad paulinū.doct⁹ plato neſci
uit.Hanc demoſtenes eloq̄ns ig̃rauit.Perdā
ait dn̄s ſapīam ſapientū.et prudentiā pruden-
tū reprobabo.Loquiť aplō.ſapīam in miſte-
rio abſconditā.quā p̄deſtinauit deus an̄ ſcl'a.
Quia em̄ p̄mi pn̄tes ꝑ inordinatū appetitum
ſapie.i.ſcie boni et mali ex ſupbia ꝓcedentē.ꝑ-
diderunt genus hūanū et q̄i mundū totū.qui
ꝓpter ipm̄ factus eſt.decuit vt dei filius ſapīa
pr̄is hūiliaretť.nr̄a mortalitate aſſūpta vſqꝫ
ad ſtulticiaꝫ crucis.Stulticia em̄ reputata ē
apud gētiles ſapiētes ſm mundū.ꝙ dei filius
mortē et ig̃miniosam ſufferret.Vn̄ aplē.Nos
p̄dicamus xp̄m crucifixū.gentib⁹ ſtulticiam
Et ꝑ hūiliatā ſapīam incarnataꝫ.ſaluatū eſt
genus hūanū.et refectus ē mūdus.Os ꝯ iuſti
meditať hanc ſapīam.vt imiteť.qꝛ ſic ſapiēs
vere efficiť Aplō.Siq̄s videť īter vos ſapiēs
eſſe.ſ.ſm extimatōeꝫ ſuā:ſtult⁹ fiat ſe hūilian
do ⁊ xp̄m imitādo vt ſit ſapiēs.Qui em̄ inquit
Au.ſine ſaluatore vult ſalutē hr̄e.⁊ ſine vera
ſapīa extimat ſe fieri poſſe prudentē n̄ ſan⁹:ſꝫ
eger.n̄ prudēs:ſꝫ ſtult⁹ in egritudīe aſſidua la
borabit.et in cecitate noxia demens ꝑmane-
bit.xxvj.q.ij.qui ſine.

## Sapientia tertia que eſt.§.iij.

.in hoīb⁹ hec ē varia.Pro c⁹ declaratōe dic.b.
tho.ſcđa ſcđe.q.xlv.ar.j.ꝙ ſm ph̄m ad ſapiē-
tem ꝑtinet ꝯſiderare cām altiſſimā.ꝑ quaꝫ de
alijs certiſſime iudicať.et ſm quā oīa ordi-
nari oꝫ.Cā aūt altiſſima dupl'r ꝯſiderari p̄t.
vel ſimpl'r.vel in aliq̄ genē.Ille ꝯ qui cog̃ſcit
cām altiſſimā in aliq̄ genē.⁊ ꝑ eam p̄t de oīb⁹
q̄ ſunt illius generis iudicare et ordinare:dr̄
eſſe ſapiēs in illo genē.Vt in medicina q̄ bene
ſcit iudicare de ſanitate et ꝑ que amittiť.et ꝑ
que repať:dr̄ ſapiēs medicus.Et ſil'r in archi
tectura.ſm illud.j.ad corin.iij.Vt ſapiēs ar-
chitectus fūdamētū poſui.Qui aūt ꝯgnoſcit
cām altiſſimā ſimpl'r q̄ deus ē:dr̄ ſapiens ſim-
pliciter.inq̄tum ꝑ regulas diuinas q̄s docet
ſcriptura ⁊ vnctio ſuggerit:oīa p̄t iudicare ⁊
ordinare ſalte ꝑtinētia ad ſalutē.h⁹ aūt iudi-
tiū rectū ꝯſequiť q̄s ꝑ ſpm̄ſcm̄ ſeu donū eius
ſ.ſapīam dictū.ſm illđ.j.ad corin.ij.Spūalis
iudicat oīa.⁊ ſpūs oīa ſcrutať etiā ꝓfūda dei
Ex quib⁹ pꝫ ꝙ varie dr̄ ſapientia.et triplex.
Sapientia criminalis que eſt reproboꝝ.
Sapientia virtualis que eſt bonoꝝ.
Sapientia ꝯmunalis que eſt amboꝝ.
De ſapīa criminali dr̄ Hiere.iiij.Sapientes
ſūt vt faciāt mala.bn̄ aūt facē neſcierūt Aplō
Sapīa huius mūdi inimica ē deo.Dr̄ aūt h⁹
noticia ſapīa iproprie.ꝑ quandā ſilitudinem.
Qđ ſic declarat tho.ſcđa ſcđe.q.xlv.ar.j.Bo-
nū dr̄ dupl'r.Vno mō qđ ē vere bonū ⁊ ſimpl'r
ꝑfectū.Alio mō dr̄ aliq̄d bonū ſm aliquā ſili
tudinē.qđ.ſ.ē in malitia ꝑfectū.Sicut dr̄ bo-
nus latro vel ꝑfectus latro.qui.ſ.ſcit ſubtiliť
modos adinuenire ⁊ media ad furandū.Et ſic
circa ea q̄ ſunt vere bona.ē aliq̄ altiſſima cā q̄
eſt ſūmū bonū.qđ eſt vltimus finis.ꝑ c⁹ ꝯgni
tionē dr̄ hō vere ſapiēs.ita ⁊ in malis ē adin-
uenire aliq̄d.ad qđ alia referunť ſicut ad vlti
mū finē.ꝑ cuius ꝯgnitōnem hō dr̄ ſapiens ad
male agēdū.Quicūqꝫ em̄ auertiť a fine đbito
neceſſe ē ꝙ aliquē finē indebituꝫ ſibi p̄ſtituat.
qꝛ oīe agēs agit ꝓpter finē.Vn̄ ſi p̄ſtituat ſibi
finē i bonis exteriorib⁹ terrenis:vocať ſapīa
ťrena.Si in bonis corꝑalib⁹:vocať ſapīa aīa
lis.Si in aliq̄ excellētia:vocať ſapīa diaboli-
ca ꝓpť imitatōꝫ ſupbie diaboli.đ q̄ dr̄ Job.xlj.
Ipe ē rex ſup vniuerſos filios ſupbie.q̄les fue-

runt ph̄i. de quibꝫ dicit̄ ro. j. Dicētes ſe eſſe ſapientes. ſ. ex ſupbia. ſtulti fc̄ti ſūt. Tales etiā fuerūt magi. i. ſapiētes pharaonis ⁊ nabuchodonoſor. Hic grego. in moral. de criminali ſapientia ait. ponēs ꝯditiones ſeu effectus eius. Hui⁹ mūdi ſapia ait ē cor machinatōibꝫ tegē ſenſū v̄bis velare. q̄ falſa ſūt vera oſtendē. q̄ vera ſūt falſa demōſtraē. Hāc qui ſciūt ceteros ſuperbiēdo deſpitiūt: qui neſciūt ſuperbi et tumidi ī alijs ipſam mirant̄. Hec ſibi obſequētibꝫ p̄cepit honorū culmina querē. adepta t̄poral̄ glorie vanitate gaudere. Irrogata ab alijs mala multiplicit̄ reddere. cū vires ſuppetūt nullis reſiſtentibꝫ cedere. Cū viribꝫ poſſibilitas deeſt. quicquid per malitiā explere nō valet. hoc in pacifica bonitate ſimulare.

## ¶ Secūda ſapientia que. §. iiij.

